

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra 8 epigrammer under portrætter på Stjerneborg

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer, 1913-29, s. 275. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho06tom-shoot-idm140418389926192/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

LIBER PRIMUS

275

NICOLAVS COPERNICVS TORONENSIS
VIXIT CIRCA ANNUM 1520. POST CHRISTVM.

*Curriculis tritis diffise COPERNICE, Terram
Inuitam, Astriferum flectere cogis iter.*

5 TYCHO BRAHE DANVS DE KNVDSTRVP
CIRCA ANNUM 1580. POST CHRISTVM.

*Quæsitis Veterum & proprijs Normæ Aftra fubegi,
Quanti id, Iudicium Posteritatis erit.*

TYCHONIDES.

10 *Te, venerande Parens, tuaque alta Inventa fequentem
Det DEVS, Atlantùm continuare vices. ||*

245 In hoc autem fubterraneo Hypocaufto, a parte Orientali, explicato
parietis mediano (vt vocant) intus ex muro conftans & fornicatus lectus
confpicitur, in quo aliquando ipfe TYCHO, cum nubibus cœlum inter
15 noctu obferuandum obducitur, quiefcere potest: veluti etiam ab altera
itidem parte alius multo maior, extra tamen Hypocauftum, in vfum
ftudioforum ipfius ordinatus, reperitur, idque in peculiari ad hoc de-
putatâ Cryptâ, quæ etiam prorfus fubterranea eft: & licet teftudineata
fit, tamen fuperius ad æquilibrium Horizontis plana apparet, ne quid-
20 piam impediât.

XVII.

Ab Occidentali Hypocaufti parte oblonga menfa collocata eft, cui is
Studiofus afidet, qui Obferuationes confcribit. Poft eam menfam ad
parietem, infra limbum, magnum pendet Inftrumentum, inftar Semi-
25 circuli, vndiquaque tranfuerfis contignationibus firmatum, ac Ori-
chalco in circumferentiâ obductum. Hoc Diftantiæ Stellarum, quantæ-
cunque fint, in toto etiam Hemifphærio capi poſunt. Habet autem in
Diametro ſex cubitos: Interdum & alibi reponitur, cumque eius vfus
requiritur, (quod tamen raro fit) requiſito exterius fulcro, quo in om-
30 nem Stellarum fitum commode dirigi queat, non aliter quam in cæteris
Sextantibus fieri folet, imponendum venit.

Vrfus Borolybicum prope menfam tria difpofita ſunt artificioſe con-
fecta Horologia, quæ Horas, Minuta & Secunda defignant, ita vt qui
Obferuationes in libro huic vfui quotannis deputato ſcribit, his prope
35 afidere, Momentumque, quo Obferuatio fit, mox animaduertere &
annotare queat. Vni vero eorum ad frontifpiciũ, hoc Epigramma
Orichalco incifum eft.

35*

TEMPORA